



**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Pietas inuitat omnes Nymphas, vt Ioanni Puero imponant coronam floream  
melleis guttis rorantem, vnde fir illi eloquentiæ suauitas. Anacreonticum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

12

Quis aureum ceu nobilis  
Iubar coruscat astro.  
Lux insolens hinc diditur  
Cœlo salo soloque,  
Tædis sat his ut luserint  
Pulchris amoris armis.  
'Eps gemellusque 'Alysps  
Quis nil magis venustum.  
Tum frater alter lampada  
Fratri suo relinquit.  
Sic quam faciem dat 'Alysps  
'Eps sibi reseruat.  
Quæ clara pulchro sidere  
Lustret perennis orbem.

Pietas innitat omnes Nymphas, vt  
Ioanni Pueri imponant coronam  
floream melleis guttis rorantem,  
vnde sit illi eloquentiae  
suauitas.

### Anacreonticum.

A Deste vos venustæ  
Nymphæque Gratiæque  
Et roscidæ Napææ.  
Quas tot pater dierum,  
Pater decorus auro.  
Sol, roscidâ sub aurâ  
His educauit oris.  
Huc & Dryas virentem  
Sed iam soluta crinem.  
Ut sic piæ sorores,  
Nymphæque, Gratiæque.  
Dryas, simul Napææ  
E lilio thymoque

Rosæque

Rosâque cinnamôque  
Pulcherrimo puello  
Pulchram struant coronam,  
Caputque fronde cingane  
Quæ depluat rosarum  
Succos, fauos, crocosque  
Et nectatis medullam,  
Quam liber hanriatque  
Puer venustiorum  
Dux ille Gratiarum.  
Ut indidem Suadæ,  
Iaues fauos refundat  
De morido labello,  
Ceu balsamo rosâque,  
Et aride salubrem  
Huc accolas arenæ  
Inuitet ad liquorum,  
Ab lympidis lauacris,  
Queis sit nitor decoris  
Decorque sit nitoris.  
De corde puriori,

Ioanni in deserto agenti etiamnum  
Puero Amor commendat  
feras edomandas.

Trochaicum Purum.

**D**Vx Amor vijs, & audax  
Solitudinis viator  
Pardales, tigres vel ursos  
Et leas, simul leones  
Ignipes eques coruscas  
Ad faces, subsque fraenos  
Iam docillimos adurget  
Ire qua lubet viatim,  
Stare quâ lubet domatim,  
Se stitit sed ille tandem